

1237. VIII, 1-4 — Doação feita pelo conde D. Henrique a Alberto Tibão, seus irmãos e todos os franceses que não morassem na vila de Guimarães, no campo junto ao paço da mesma vila. 1121 — *Pergaminho. Bom estado.*

*Magnus* est titulus donacionis in quo nemo potest auctum largitatis irrumpere vero extra legum jura proicere et in gotorum legibus continetur quatinus valeat donatio sicut et venditio ea propter ego comes Henricus cum uxore nostra illustre regina domna Tarasia magni regis Alfonsi filia volentes servitium prestare Deo facimus cartam donationis et perpetue firmitudinis vobis Amberto Tibaldi et fratribus vestris Galtero Tibaldi et Ruiberto Tibaldi necnon etiam omnibus francigenis in villa de Vimarani nunc commorantibus de ipso campo quem habemus in villa de Vimarani et jacet justa palacium nostrum regale et ex alia parte sicut dividit cum clausis ecclesie Sancte Marie deinde sicut intestat cum atrio ejusdem ecclesie et vadit directe ad ruam de francis et terminatur in eadem rua.

*Damus* itaque vobis supradictum capum libere et concedimus eum omni jure nostro quod ibi habemus ut habeatis illum et possideatis libere et pacifice vos et omnis posteritas vestra in perpetuum pro multo bono servicio quod nobis fecistis et facitis et quia elegistis nobiscum in terra

nostra comorari et ut etiam construatis in eo capellam vestram in qua audiatis divina et in morte vestra corpora vestra tumulentur.

*Siquis* vero venerit tam de nostris quam de extraneis qui hoc factum nostrum infringere temptaverit vel contraire presumserit sit maledictus et excommunicatus et cum Juda proditore in Inferno dampnatus et insuper pariat vobis ipsum campum duplatum vel triplatum et quantum a vobis fuerit melioratum et non crescat sed quancumque intendatur ascendere corruat et non inveniatur sublevationem.

*Facta* carta donationis et firmitudinis iij<sup>o</sup> Nonas Januarii sub era M.<sup>o</sup>C.<sup>o</sup>R.<sup>o</sup>viiiij.<sup>a</sup>

*Ego* comes Henricus cum uxore mea regina domna Tarasia magni regis Alfonsi filia hanc Kartam propriis manibus roboramus.

			Ego Pelagius	
			curie dapifer	confirmo
			Ego Gomecius	
Petrus	} testes	Menendus presbiter Cancellarius notuit	Menendi	confirmo
Pelagius			Ego Egeas	
Suerius			Gesendi	confirmo
			Ego Johanes	
			Pavia	confirmo